



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 102. Clementis XI. Pontificis querelæ contra Præsules in comitiis Cleri Gallicani Parisiis congregatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. videtur. Eapropter Bisuntinus Archiepiscopus has institutiones anno sequenti non modo proscripsit, sed etiam ipsum Juenum ex Diœcesi, ne eam suæ perversæ doctrinæ veneno inficeret, excedere compulit,

§. CII.

Clementis XI. Papæ querelæ contra Præsules in comitiis Cleri Gallicani Parisiis congregatos.

*Vid. supra
§. 98. p. 364.
Epist. Clementis XI.
pag. 298.*

Quam acerbam de Clero Gallicano querimoniam apud Ludovic. XIV. Franciæ Regem habuerit Clemens XI. Pontifex, paulo ante meminimus, uberius adhuc suum dolorem explicabat, dum ad ipsos Archiepiscopos, ceterosque Clericos Parisiis in comitiis Cleri Gallicani congregatos die decima quinta Januarii has dedit literas.

„Gratulationes vestras, quibus editam nuper a Nobis pro comprimenda inquietorum hominum contumacia constitutionem excepistis, ex datis ad Nos literis vestris magna quidem animi voluptate cognovimus: novam inde fiduciam concipientes, non invidiam fuisse laborem nostrum, vosque pro Pastoralis vestri muneris debito curaturos, ut extinctis prorsus supremo Apostolicæ Sedis iudicio Jan-

„niani erroris reliquiis, idipsum tan- Sæc. XVII.
 „dem sapiant omnes, sintque perfecti A. C. 1706.
 „in eodem sensu, & in eadem senten-
 „tia. Verum uberem adeo gaudii nostri
 „materiam turbavit admodum nonnul-
 „larum epistolarum, aliarumve scriptio-
 „num palam editarum delata ad Apo-
 „stolatum nostrum notitia, quibus ni-
 „hil magis obtendi, atque adstrui vi-
 „detur, quam ut summa dictæ Sedis
 „auctoritas multifariam impetatur, per-
 „inde ac si nullum hodie Episcopali Zelo
 „argumentum dignius occurrat, quam
 „Beati Petri Sedis potestatem attenuare,
 „unde ipse Episcopatus, & tota autho-
 „ritas nominis hujus emerfit. Quod-
 „que mirandum magis, quin & deplo-
 „randum acerbius nobis fuit, tentari
 „hæc vidimus eo ipso tempore, quo
 „extirpandis errorum radicibus, quibus
 „Ecclesias vestras infici sentiebatis, im-
 „ploratum a vobis, potestatem vestram
 „plane imparem expertis, & ab ipso
 „Christianissimo, ac religiosissimo Rege
 „vestro instantius expetitur ejusdem
 „Primæ Sedis brachium, & auxilium,
 „paterna, qua vos, Ecclesiasque ve-
 „stras, charitate complectimur, liben-
 „tissime impendebamus. Agnovimus
 „in hoc sane consuetas nequissimorum
 „quorundam hominum molitiones, qui
 „dum Jansenianum virus, quod corde

Sæc. XVII. „retinent, pœnarum metu proferre non
 A. C. 1706. „audent, Romanæ Sedi, a qua com-
 „primi se maxime sentiunt, occultum
 „veluti bellum indicere conantur, ac
 „per importunas quæstiones in Catho-
 „licæ unitatis perniciem dissensionum
 „semina spargere. Vos autem Vene-
 „rabiles Fratres, quorum munus erat
 „inquietos corripere, nimis dolendum
 „est, eorundem potius suggestionibus
 „cedere, Ecclesiæque turbatoribus
 „non satis advertentes, manum præ-
 „stare. Quis enim vos constituit he-
 „dices super nos? Nunquid inferiorum
 „est de Superioris Autoritate decer-
 „nere, ejusque judicia examinare?
 „Pace vestra dictum sit, Venerabiles
 „Fratres, intoleranda plane res est,
 „paucos Episcopos, & illarum potissi-
 „mum Ecclesiarum, quarum privilegia
 „& decora, nonnisi Romani Pontificis
 „favore ac beneficio constant, adver-
 „sus sui nominis & honoris auctorem
 „caput attollere, ac primæ Sedis juris-
 „corraderere, quæ non humana, sed di-
 „vina autoritate nituntur. Interro-
 „gate Majores vestros, & dicent vobis
 „non esse particularium Antistitum Apo-
 „stolicæ Sedis decreta discutere, sed
 „implere, & quandoquidem Episcopo-
 „rum Galliæ sancto Leoni Magno de
 „consensione fidei gratulantium verba
 „pro-

„producitis, ab iisdem utique discere Sæc. XVII.
 „poteratis, quæ vestri similia, quos A. C. 1706.
 „propterea imitari non pudeat, Antisti-
 „tum in recipiendis Apostolicæ Sedis
 „definitionibus partes revera sint: *Apo-*
stolatus vestri, inquit, scripta ita, ut
Symbolum fidei, quisquis redemptionis Sa-
cramenta non negligit, tabulis cordis ad-
scripsit, & tenaci, quo ad confundendos
hæreticorum errores, paratior sit, memoria
commendavit. Longe ergo olim aberant
 „præstantissimi Galliarum Episcopi ab
 „arrogando sibi jure discutiendi Apo-
 „stolicæ Sedis Constitutiones, quas
 „ut ipsum fidei Symbolum recipiebant,
 „nec multum temporis, aut sedulita-
 „tis impendendum censebant, ut de
 „illarum executione deliberarent; sed
 „satis sibi esse arbitrabantur, si earum
 „tenorem ad confundendos hæreticos
 „memoriæ commendarent; docebant-
 „que insuper (quod vos maxime anim-
 „advertere oportet) Romani Pontificis
 „definitiones non ex ipsorum fide di-
 „judicandas, sed fidem potius suam
 „ideo firmam, ratamque agnoscebant,
 „quod definitioni Romani Pontificis
 „consentiret. Audite illos sancto Leoni
 „ita subdentes: *Doctrinæ post Deum ve-*
stræ debet quisque fidelis, ut constanter te-
neat, quod credebat: debet etiam infidelis,
ut a perfidia sua, agnita veritate, disce-
 „dat,

B b 5

dat,

Sæc. XVII. dat, & Apostolicæ Institutionis luce per
 A. C. 1706. fusus erroris suæ tenebras derelinquat. Hæc

„Patrum fides, hæc Majorum traditio
 „hæc constans veterum Gallicarum
 „sicut & cæterarum totius Christianitatis
 „Orbis, Ecclesiarum regula, quæ quæ
 „rumlibet demum novis humanorum
 „ingeniorum adinventionibus oppo
 „gnari potest, labefactari omnino non
 „potest. Neque vos ipsos, venerabiles
 „Fratres, præclara vestra, ac
 „sacrarum literarum peritia, ac
 „in evellendis priscis Ecclesiæ mo
 „numenti studio, ac diligenti
 „ignorare patitur, quod cuncta per
 „mundum novit Ecclesia: quod nimirum
 „rum Sedes Beati Petri Apostoli
 „omni Ecclesia fas habeat judicandi
 „neque cuiquam de ejus liceat judicandi
 „judicio. Profecto si vel ipsam Apo
 „stolicæ nostræ Constitutionis forma
 „& quidem non a Nobis recens adin
 „ventam, sed a Prædecessoribus no
 „stris longa sæculorum serie usurpata
 „observare placuisset, qua omnibus
 „Archiepiscopis & Episcopis Constitutio
 „tionis ejusdem executionem & ob
 „servantiam integram, Auctoritate Apo
 „stolica præcipimus, committimus,
 „mandamus: edoceri vel ex ea satis
 „poteratis. Nos in hac causa non ve
 „strum consilium exposcere, non rogare

„suffragia, non expectare sententiam, *Sæc. XVII.*
 „sed obedientiam injungere; obedi- *A. C. 1706.*
 „tiam scilicet illam, quam Beato Petro
 „Apostolorum Principi, sanctæque Ro-
 „manæ Ecclesiæ, ac Nobis nostrisque
 „Apostolicis decretis atque Mandatis
 „in ipso sacræ vestræ inaugurationis
 „limine solemniter jurejurando polliciti
 „estis. „

„Ægre quidem Venerabiles Fratres,
 „in hoc invisio argumento versamur:
 „memores enim tenuitatis nostræ, non
 „ut dominantes in Cleris, apparere af-
 „fectamus, sed subditi omni humanæ
 „creaturæ propter Deum esse cupere-
 „mus, atque utinam datum Nobis esset
 „humiliori loco consistere. At vero
 „cum neutiquam privatam nostram,
 „sed Apostolicæ Beati Petri Sedis, in
 „qua non immeriti solum, sed & in-
 „viti, Divino sic disponente judicio,
 „præsidemus, causam agamus, post-
 „quam diu, multumque studio pacis,
 „& unitatis amore tacuimus, pluraque
 „perperam adversus ejusdem Aposto-
 „licæ Sedis jura, dignitatemque gesta,
 „& ob
 „charitate Christi, quæ patiens est, &
 „paterna prorsus indulgentia toleravi-
 „mus, dum inordinato, pravoque pro-
 „cessu impunitarum transgressionum
 „quotidie augentur excessus, & cre-
 „brescunt culpæ, quæ toleratæ sunt
 „studio

Sæc. XVII „studio fidei reparandæ. & amore cor-
 A. C. 1706. „cordiæ, amplius dissimulare Nobis
 „aut filere non licet; locum nempe
 „unigeniti Filii Dei, ac Salvatoris no-
 „stri Jesu Christi, quem indigni tene-
 „mus in terris, ultra negligere nec
 „possumus, nec debemus. Videmus
 „enim, Venerabiles Fratres (quod non
 „sine intimo paterni cordis nostri mo-
 „rore loqui compellimur) plurima indies
 „ab iis, qui se Catholicos profitentur,
 „palam scribi minuendis, convelles-
 „disque hujus sanctæ Sedis juribus,
 „ea profecto, ut minimum dicamus,
 „libertate, ac licentia, quæ non nisi
 „eterodoxis Ecclesiæ hostibus gaudere
 „Orthodoxis vero, piisque scandalis
 „ac luctui, nemini certe fructui ac utilitati
 „esse possint. Iis porro vel ipsi
 „quandoque nonnullorum Episcoporum
 „scripta consentire, nimis deploranda
 „nobisque minime ferenda res est, quæ
 „vero eadem Apostolica judicium pro la-
 „cienda regula fidei a summis Pontifi-
 „cibus lata, quæ paucos ante annos
 „Divina æque, ac summa per universam
 „Ecclesiam autoritate niti omnino
 „Gallicana Ecclesia datis ad Prædecessores
 „nostros literis palam professæ esse
 „modo fere infirma debeant, ac veluti
 „mutantia reputari, nisi supervenientia
 „vestro, paucorum scilicet Episcoporum

rum, judicio fulciantur. Currebatis
 bene, Venerabiles Fratres, & præ-
 clara Majorum vestrorum sequuti ve-
 stigia ad Apostolicam Sedem, tan-
 quam ad fidei arcem, totius discipli-
 næ Metropolim, & unitatis Catholicæ
 centrum, quo omnium Ecclesiarum
 lineas collimare necesse est, ne alio
 distortæ ruinam inveniant, & ad Beati
 Petri fidem nunquam deficientem,
 qua hæreticorum errores peremptorio
 Decreto prostrantur, fidenter non mi-
 nus, quam humiliter confugiebatis.
 Quare ergo tam cito transferimini
 pene in aliud Evangelium, ac si fidei
 arcem, & disciplinæ Metropolim, ut
 minus tutam explorare tentetis, li-
 neasque vestras non ad unitatis Ca-
 tholicæ centrum deducere, sed potius
 centrum ad lineas vestras exigere velle
 videamini, ac demum Beati Petri fi-
 dem nunquam deficientem agnoscere
 erubescatis? Videte quæso, & in con-
 spectu superni Pastoris, qui Nos om-
 nes in veritate sua judicaturus est, sol-
 licita mente perpendite, num illud sit,
 quod vestri muneris, quin & honoris
 esse profiteamini, & in quo Gallos sem-
 per potiores fuisse gloriamini: Sedem
 scilicet Apostolicam colere, an potius
 lædere: num sanctæ Romanæ Eccle-
 siæ jura, honores, privilegia, & au-
 thori-

Sæc. XVII.
 A. C. 1706.

Sæc. XVII. „thoritatem conservare, defendere, au-
A. C. 1706. „gere, ac promovere, quod prævi-
 „consecrationi vestræ juramento pariter
 „spondidistis, an potius eadem jura-
 „convellere, honores imminuere, pri-
 „vilegia, & auctoritatem, velut inde-
 „bium revocare. Et quidem cum, u-
 „Magnus olim fidenter agebat Leo, præ-
 „ter illam Petram, quam Dominus in
 „fundamento posuit, stabilis esse ne-
 „queat ulla constructio, videte, ven-
 „rabiles Fratres, ne ista porro causa
 „sit, cur post tot annorum curricula
 „nunquam in Ecclesiis vestris pax ven-
 „fuerit, nec unquam futura sit, nisi
 „ut Vos ipsi non ita pridem loquebo-
 „mini, profligandis erroribus Romanæ
 „Sedis invalescat auctoritas, & clara
 „firmaque de rebus, ad Catholicam
 „fidem pertinentibus, prolata sententia
 „caliginem omnem discutiatur, animos
 „fluctuantes componat, dissidia proli-
 „beat, Ecclesiæ tranquillitatem, sple-
 „doremque restituat. Tum demum
 „unanimes id ipsum sentietis, & non
 „erunt in vobis schismata, cum prima
 „Sedi, unde Sacerdotalis unitas ex-
 „orta est, humili adhæsiōne consensie-
 „tis: tunc a subditis vobis ovibus in-
 „tegram obedientiam exigetis, cum
 „eam Romanæ Ecclesiæ, cui subjectos
 „Vos esse cognoscitis, pleno animo
 „præ-

„præstiteritis. Maneat ergo, Venera-
 „biles Fratres, suus Episcopali ordini Sæc. XVII.
 „honor ac dignitas, sed quos posue- A. C. 1706.
 „runt Patres nostri, terminos non ex-
 „cedat: Romanam Ecclesiam Ecclesia-
 „rum omnium Matrem, atque Magi-
 „stram nulli inferiores Antistites judi-
 „care, aut docere præsumant, aut
 „post ejus judicare judicium: sed quæ
 „Romanus Pontifex (veteres vobis
 „Gallicos Canones recitamus) se-
 „cundum sacrum suum Ministerium,
 „authoritate Apostolica decreverit, in
 „summa veneratione ab omnibus susci-
 „pantur, & debita illi obedientia in
 „omnibus conservetur, & maxime ab
 „his (ut olim Gallus Antistes, &
 „quidem non ignavus Episcopalis am-
 „plificator juris admonuit) qui in illis
 „regionibus habitant, in quibus divina
 „gratia per ejus prædicationem omnes
 „in fide genuit, & Catholico lacte nu-
 „trivit. Non ut confundamus vos,
 „hæc scribimus, sed pro Pastoralis no-
 „stra sollicitudine, quam Vobis etiam
 „debemus impendere, ut Fratres, &
 „filios charissimos admonemus, roga-
 „mus, & obsecramus in Domino Jesu,
 „ne effusa nimis de Apostolica Sede
 „amantissima Parente vestra, unde Vo-
 „bis Religionis, propitio Christo, fons,
 „& origo manavit, ejusque Constitu-
 „tioni-

Sæc. XVII. „tionibus, & decretis scribendi, judi
A. C. 1706. „candive licentia ceteris per universam
 „Dei Ecclesiam offendiculo sitis; di
 „spensatio enim Nobis credita est, &
 „ad nostrum tendit reatum, si contra
 „paternarum regulas sanctionum Beati
 „Petri, ejusque Sedis causam delere
 „mus: quoniam si negligenter ea, quæ
 „male ulurpantur, omittimus, excelsus
 „viam aliis aperimus. Nemo ergo
 „Vos seducat inanibus verbis, aut fallat
 „vobis protendendæ magis Authoritatis
 „vestræ promissione blandiatur. Dilecti
 „mus omnes non altum sapere, sed
 „timere, cum scriptum sit: *Redorem
 „posuerunt, noli extolli: cumque admi
 „nente Domino studere debeamus, ut
 „qui major est in Nobis, fiat sicut minor.*
 „pudeat, ut, qui Minores sunt, Ma
 „jori se æquare, quin & proferre quo
 „dammodo velle videantur. Charitas
 „tem sectemur, sine qua nihil sumus
 „quæ non inflatur, non est ambitiosa
 „non quærit, quæ sua sunt, & multa
 „minus, quæ sua non sunt, tentat
 „præsumit. Maneat dispositio veritate
 „tis, ipso Christi verbo firmata, quæ
 „etiamsi cælum & terra transferantur
 „præterire non potest, ut scilicet Beati
 „tus Apostolus Petrus, cujus adhuc in
 „Sede sua vivit potestas, & excellens
 „authoritas, & cujus etiam dignitas

„in indigno hærede non deficit, con- Sæc. XVII.
 „firmare debeat Fratres suos, non ipse A. C. 1706.
 „a fratribus confirmari. Unitatem de-
 „num Catholicæ Ecclesiæ, rejectis va-
 „nis & inutilibus contentionibus, quæ
 „magis quæstionem præstant, quam
 „ædificationem Dei, firmiter custodia-
 „mus. Unitatem scilicet illam, quæ
 „ut a Majoribus nostris accepimus,
 „in eo potissimum sita esse dignoscitur,
 „ut quamvis in Populo Dei multi Sa-
 „cerdotes sint, multique Pastores, om-
 „nes tamen proprie regat Petrus, quos
 „principaliter regit & Christus. „

§. CIII.

*Novemdecim Præsules a Clemente XI.
 summo Pontifice Romana Pur-
 pura decorati.*

Cum e Sacro Collegio plures Cardi- *Ketteler Hist.*
 nales ab obitu Innocentii XII. vivis *Decad. V.*
 erepti fuissent, Clemens XI. ejusdem *pag. 375.*
 Successor hoc anno die decima septima *Cimarol.*
 Maji novemdecim Præsules Romana *Mem. Mund.*
 ornabat Purpura. Hos inter primus *pag. 757.*
 erat Franciscus Martellus patria Etru- *Gottfrid*
 scus, Patriarcha Jerosolymitanus Car- *Hist. cont.*
 dinalis Presbyter tit. S. Eusebii. II. Joan- *l. 14. p. 659.*
 nes Albertus Badouaro Venetus, ejus- *Guarn. vit.*
 dem Reipublicæ Patriarcha Cardinalis *Pontif. Orat.*
 Presbyter tit. S. Marcelli, & postea S. *Clem. XI.*
pag. 19.
Hist. Eccles. Tom. LXVII. Cc Marci,